



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Dilingana Academia Societati traditur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

carnifice, vt esset Iscariothæ Iudæ confors in pœna, qui fuerat æmulator in scelere.

Duodecimo Kalendas Nouembris Vrsulæ sanctæ consecrato die, initium factum est Dilingani Collegij ipso præsentente Canisio, qui & præclara Oratione de sancti Hieronymi laudibus, cui sacra Academia est, exornauit initia. Aderat etiam Hieronymus Natalis Prouinciæ Germaniæ hoc tempore Visitator. Anno in sequenti ipsa in Societatem Academia tota Dilingana translata est. Tradidit, qui fundauerat Cardinalis Otho, Præsul Augustanus: qui in tabulis, quas postea confecit de ea re, commotum se plurimum ad id consilij capiendum profitetur diuturna cognitione, consuetudine, & experientia, quam cum Claudio Iasio docto, atque nunquam satis laudato viro habuit; nec non (ita ad verbum loquitur) cum eximæ pietatis, ac doctrinæ viro Doctore Petro Canisio, qui in Ciuitate, & diœcesi mea Augustana incredibilem fructum in conuertendis Hæreticis, & stabiliendis Catholicis, & aliis nunquam satis admirandis, & probandis operibus continuè, indefesse, & laudabiliter longo tempore peregit. Ceterum Visitator Natalis sub felicibus Canisij auspici-

*Dilingana Academia Societati traditur.*

*Cardinalis Augustani de Canisio nobile testimonium.*